

6528 in h[onorem] | Nummiae Vari|ae c. f.¹ M. Nummi|o Iusto
plebs | Peltuinas, patro|no, ob eximiam | adfectionem | eius, quam uni|ce
exercuit. Illic | splendidissimus | ordo bisellium | decrevit [c]ubi|tumque²
conces|sit. L. d. d.

Bominaci, non longe a ruderibus Peltuini (IX 5436 bis ut videtur descripta).
— 1) *Clarissimae feminae.* — 2) *GVBITVM traditur. Intellege locum in cena
decurionalem (Momms.).*

*Alias inscriptiones Peltuinate dedii supra N. 5063. 5668. 6110, cf. etiam N. 165;
regionis illius N. 3431. 4906. 5420.*

6529 d. m. s. | Q. Statio Q. f. | Quir. Syro | aed., quaest. alim., |
quaest. mun. Pelt., | praef. iur. dic. mu[n.] | Pelt., vioc.¹ viae Cl|aud., flam.
divi | Aug., | P. Staius Q. f. Quir. | Severus patri | pientissimo | p.

*Ofenae, cui loco nomen videtur fuisse Aufinum, cf. Plin. h. n. 3, 106 (IX 3384
viderunt Brunn et Dressel praeter litteras nonnullas).* — 1) *Viocuro. Cf. N. 6290.*

6530 . . . asa . . . Corfiniensium, sacer[doti] . . . | pontifici, cura-
tori kalendar. rei public., aedil., praef. IIIvir., IIIvir. i. d. | Huius propter
morum gravem patientiam maximamque verecundiam | splendidissimus
ordo consentiente populo tabulas patrocinales aeneas | liberisq. eius
offerri censuerunt. Qui accepto honore statim | splendidissimum ordi-
nem liberosq. et coniuges eorum sed et populum public. | epulantes
maximo cum gaudio exhilaravit. Huius ob merita | ordo populusque
Corfiniensium¹ | remunerandam adfectionem quem (*sic*) in singulos uni-
versosque cives suos exhibuit | liberisque eius equestris dignitatis pueris
ex pecunia publica poni censuerunt. | Cuius ob dedicationem obtulit decurionibus et universo populo IS L mil. nummum, | quae Mammiana²
vocentur, ex cuius summae usuris die natalis eius VII Idus Febrar. | di-
visionem percipere possint. Quod si die praestituto conditioni paritum
non fuerit, | tunc eius diei divisio ad Sulmonensium civitatem pertinere
debebit. Item dedit | decurionibus discumbentibus et liberis eorum sin-
gul. IS XXX nummos, sevir. Augustal. | vescent. singul. IS XX numm.,
plebei universae epulantibus singulis IS VIII nummos. L. d. d. d.

*Prope Rajano, non longe a loco ubi Corfinium fuit, rep., est Sulmone (IX 3160
viderunt Mommsen et Dressel).* — 1) *Inserere statuam ei ad vel simile quid.* —
2) *Videtur is cui titulus positus est fuisse ex gente Mammia, fortasse P. Mammius
Aufidius Priscinus eques Romanus memoratus IX 3180.*

*Titulos Corfinienses dedi iam supra N. 1049. 2682. 3187. 4107. 4358. 5417b.
5583. 5642. 5676. 5760.*

6531 C. Gaidio L. f. | Ser.¹ Praesenti | ann. XXXIIIX, | decurio |
primus a | Betifulo².

*Prope Scanno vicum rep., qui videtur fuisse territorii Sulmonensis (IX 5088
vidit Dressel).* — 1) *Ante Ser. magni moduli s cernitur, sed a titulo ut videtur
aliena.* — 2) *Videtur significari Praesentem primum ex pago Betifulo dicto per-
venisse in ordinem Sulmonensium (Momms.).*

Sulmone repertos titulos dedi supra N. 2699. 3351. 4023.